



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Superior Hungaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

*V*aradinum: *Varadin*, cuius Episcopus fuit Frater Georgius Regni Quæstor. Olim Pannorum, & Saxonum communis sedes erat.

*L*ippa: *Lippe*, in monte cuius radicem borealem alluit Fl. *Marisens*, seu *Marisus*, *Merisch*, seu *Marons*.

§. 9. De Hungariâ.

OLIM numerabantur in ea 73. Comitatus, seu Regiones, qui postea ad 60. contracti sunt; eorum 25. sunt juris Austriaci, 27. Turcici, qui tamen amplissimi; quare longè maior Ottomanica ditio, quam Germanica. Transylvanus 8. Comitatus decerpit. Diuiditur etiamnum in superiorem versus Poloniam, & inferiorem versus Slauiam, quæ eius quoque pars est in præsentia, & Hungarici Regni membrum: & utraque iterum inter Turcas, & Austrios distribuitur.

N. v. M. I. Superior Hungaria, la haute Hongrie au dessus du Danube.

- | | |
|-------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| AVS- | <i>P</i> ossonivm: <i>Presburg</i> , Bosa Ottoni Frisingensi, prius Pisonium à quadam Pisone, quo Tiberius Pannones subiugavit: fortè & Flexum, quod hic Danubius in Austrum curuetur. Iam Hungariæ Austriacæ caput est, hicque coronantur Reges Hungariæ. |
| | <i>N</i> ouoshula: <i>Neuheusel</i> , ad quam cæsus Comes fortissimus Bucquoivius nostrâ memorâ: sita dicitur ad Fl. <i>Dunar</i> , nouæ tamen tabulæ eam Fl. <i>Gran</i> . affigunt. |
| TRIA- | <i>N</i> itria, caput Comitatus eiusdem nominis. |
| CA | <i>B</i> istrica: <i>Nensol</i> Germanicè, <i>Bistrik</i> Hungaricè. |
| | <i>T</i> yrnauia: <i>Tyrnau</i> , ad montem <i>Veissemberg</i> , & in viâ quâ itur in Morauiam: non adeò munita, nisi fortè viris in fidem Catholicam bene animatis. |
| | <i>V</i> ngaria: <i>Vnguar</i> , in Comit. <i>Vnghen</i> , ad Fl. <i>Bodroch</i> , qui in Tibiscum <i>Teissa</i> influit: quâ in vrbe vestigium Hungarorum remanet. |
| | <i>T</i> okæum: <i>Tokay</i> , ad confluentias <i>Bodrosh</i> , & <i>Tibisci</i> , vrbs inter firmissimas Hungariæ numeratur, in palu- |

Sf iij

	stri loco, aggeribus præcincta.
	Eperiæ: <i>Eperies</i> , in limite Polonico in Comitatu <i>Aban-</i> <i>nyuar</i> , ad Fl. <i>Ernap</i> , vbi plurimi Germani degunt.
del Em- pereur.	Cassouia: <i>Cassa</i> , in eodem Comitatu, vrbs ampla & po- tens, in quâ Hungari & Germani fide tantum dissiden- t; hi enim Lutherani, illi Caluinistæ.
	Fillekum: <i>Fillek</i> , vrbs munitissima in Comit. Nouigradiensi <i>Neuograd</i> , à Turcis occupata, sed à Christia- nis fortiter recuperata.
	Segedinum: <i>Seged</i> , ad Tibiscum, erectum item Turcis.
	Cenadium: <i>Chonad</i> , caput Comitatus cognominis.
TVR -	AGRIA, Hungaris <i>Eger</i> , ad Fl. <i>Eger</i> , qui cadit in Ti- biscum: arx <i>Erla</i> incubat vrbi, vnde aliquando vrbs <i>Erlau</i> dicitur. Hic Bassa residet prohibiturus Au- striacis transitum in Transyluaniam.
C I -	Temesia: <i>Temesuar</i> , ad Fl. <i>Temes</i> , de quâ in Transyl- uaniâ diximus.
C A	Zodnokum: <i>Zodnok</i> , ad confluentias Tibisci, & <i>Za-</i> <i>gynue</i> , situ munitissimus locus.
des Os- tomans.	Vaccia Hungaricè <i>Vatz</i> , Germanicè <i>Vatzen</i> , Austria- ci iuris ex foedere, sed à Turcis perfidè occupata, quia in eorum ditionem incurrebat, prætexentibus impo- situm vestigial flumini, vnde annonæ caritas existeret.
	Pestum: <i>Pest</i> , è regione Budæ, in campestri solo, cum Buda in edito loco; desolatum in ruinis fermè iacet.
	Coloza: <i>Colotza</i> , Archiepiscopalis sedes infra Insulam <i>Vriam Vr.</i>
	Fuldeacum: <i>Fuldeak</i> , ad confluentias Tibisci & Marisi.

N V M. 2. *Inferior Hungaria*, la basse Hongrie, ou au dessous
du Danube.

A V S -	COMARA: <i>Comore</i> , malè Samaria apud Munsterum in Insulâ Schutiâ, quam idem efficto nomine Scy- thicam appellavit. Hic reficiebant se Hungariæ olim reges: distincta est enim hæc Insula syluis, pratis, lacubus, hîque Venatio & Piscatio cele- bres. Arx in eâ excitata est superiori sæculo ab Impe-
TRIA -	
C A	